



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

IV. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10634

DE EADEM RE.

Dialogus quartus.

C. INCIDI, Gratiani librum hodie legens, in quædam verba capitis primi & secundi distinctionis LXIII. de quibus scire velim quid sentias. **A.** Quid illud est? **C.** Dixisti nuper Nicolaum & Hadrianum minorem contra Photium pro Ignatio scripsisse, & sub Hadriano octavam synodum habitam fuisse. **A.** Dixi, fateor; idque verum esse existimo. **C.** At non Photius, sed Fotinus bis dicitur dicto capite secundo, quod inscribitur ex octava synodo, & ejus initium est: *Hadrianus Papa secundus, quod Nicolaus predecessor ejus disposuerat, missos suos &c.* **A.** Utere vel lima, vel spongia mea, quas Græcis verbis Isocrateis adornatus nuper vidisti ΦΙΛΟΜΑΘΗΣ, ΠΟΛΥΜΑΘΗΣ; & pro Fotino scribe Photium **C.** Hic ille est cujus Bibliotheca laudatur, & XIV. tituli Nomocanonis cum Theodori Balsamonis commentariis exstant Latini nuper facti? **A.** Hic ipse est. Sed quid de primo capite quaeris? **C.** Idemne Hadrianus est primi capitis scriptor, an primi primus, secundi secundus? **A.** Utrumque caput ex octava synodo est sub Hadriano minore cap. XXI. Referunt Ivo *a* & Anselmus *b* & Deus dedit *c* & liber Cæsaraugustanus *d* & tuus **B.** Tarraconen-

Distin. 63. c. 1. & 2.

Dial. 3. ante add. 2.

a Ivo lib. 3. tit. 2. c. 1. Pa- nor. & par. 5. c. 122. decr. b Anf. lib. 6. c. 20. c Deus de. c. 1. d Cæsar, lib. 3. c. 63.

C

c *Tarrac. lib.*
s. c. 47.

sis. e C. Cur igitur utrumque non conjungitur, & omnia, ut in ipsa synodo octava sunt, leguntur? B. Si Gratianus ex fontibus suis aquas derivasset, id fecisset. Sed ex his & aliis permultis constat neque Concilia vidisse neque registra Pontificum neque alia sanctorum patrum scripta, sed eum quæ in variis collectionibus reperta ab eo sunt, ea in medium protulisse. A. Non nego hæc ita se habere. Sed non facile invenire poteris omnia quæ retulit Gratianus. B. Quis ille est Episcopus Neophesinus Roma missus? Nomen Ecclesiæ audiui nunquam. A. Nepesinus scribendum est. B. Hoc maximè placet, ab urbe Nepete, ut opinor. A. Maximè. ¹ Sed de aliis videamus. Gallia pro Galicia scripta

10. q. 3. c. 8.
Inter cetera.

est caussa x. extrema Gratiani *f* in illis verbis Toletani Concilij: *Querimonias etiam parœcialium Presbyterorum Gallie provincie solertissimè discernere.* Ejus capitis verba sunt in Toletano Concilio septimo cap. quarto, non quarto Concilio, quod Demochares etiam animadvertit, sed cetera non mutavit. Scribe igitur *Galicia*, pro *Gallie*, & *parochianorum* pro *parœcialium*. ² Gennadium pro Germano & Thaumaturgum pro Trimegisto scribere oportet dist. xvi. cap. vii. g

g *Dist. 16. c. 7.*
Quoniam.

Sunt enim verba sextæ synodi repetitæ in Trullo cap. 11. Quis autem unquam Gregorium Trimegistum dici audivit? Καὶ Γρηγόριον Ἐπισκόπον Ἰσομύδου Καισαρείας τῆς Θυματινῆς scriptum est in Græco canone. Et postea, ἔ Γενναδίου πατριάρχου &c. Minus mendosi sunt Ivo

h *Ivo li. 2. tit.*
11. c. 29. *Par.*
c. par. 4. c.
134. *decr.*

& Cæsaraugustanus liber *i* in Thaumaturgo, at Germanum retinent. Contius rectè Genadium in margine scripsit & Thaumaturgum. ³ Inscriptio capitis ultimi distin. x c v. & ita scripta est: *Item in Concilio Genuensi cap. iv. Palea.* Nusquam id concilium invenies. Scribendum censeo: *Ex Concilio Neocasarien. cap. xviii.* Videndus Martinus Bracarenfis cap. lvi. Burchardus, *l Ivo, m* & Anselmus, *n* & liber Cæsaraugustanus. ^o ⁴ Hæc certa sunt. Illa verisimilia ex Ivone. *p* Causa xxiv. capitis quarti principium est: *q* *Audivimus quòd hereticus Ravennas dictus Archiepiscopus &c.] Henricus pro hereticus scribendum.* ⁵ In nomine Hieremiæ bis errasse librarios invenio, De pœnitentia capite sexagesimo septimo, *r* ubi in Hieronymum mutatus legitur. Vide cap. xvii. Hieremiæ. Et mox cap. lxxix. *Alioquin & in reverentiam loquitur Deus.* Pro *in reverentiam* scribe *in Hieremia.* ⁶ Ex libro Joannis Andreae de vita & laudibus beati Hieronymi, Gratiani libri mendosi circumferuntur in ejus nomine; quædam enim Augustino, quædam Gregorio tribuuntur. Exemplum sumamus ex hoc loco in Democharis & Contij editione mendoso relicto, xiv. causa, quæstione prima extrema. *Item Gregorius in epist. ad Fovinianum. Quod precipitur imperatur &c.* Est enim scribendum: *Hieronymus lib. 1. contra Fovinianum.* Error errorem sequitur, ut idem Joannes Andreae ait. Eadem enim verba posita sunt, ut Gregorij, lib. v.

i Cæs. lib. 2. c. 2.

k Dist. 95. 4. ult.

l Burch. lib. 5.

c. 44. & 45.

m Ivo par. 2.

c. 53. & 54.

decr.

n Ansel. lib. 7.

c. 188.

o Cæsar. libro

8. c. 18.

p Ivo lib. 5.

tir. 5. c. 10.

*p*avor. & par.

14. c. 57. decr.

q 24. q. 1. c. 4.

r De pœn. d. 1.

c. 67. Si agamus. &c. 68.

Quamobrem.

p. Rursus.

i Hier. 17. d.

14 q. 1. ultima in fine.

c. 15. In his de verb. signifi.

22. q. 5. c. 11.
Humanæ.

17. q. 1. c. 41.
In apib.

u. c. 6. Ut ve-
terum. *distin.*
9.
x. c. 19. Cùm
exaudiero.
dist. 50.

71. q. 1. c. 117.
Quibusdam.

Decretal. sub titulo de verb. significat. Ea-
dem, si placet, in collectione veteri secunda
quæramus. C. Exstat sub eodem titulo caput
unicum tertio Celestino inscriptum, & in eo
bis nomen Gregorij reperi: *Item secundum
Gregorium quod præcipitur &c.* Et postea:
*Quod juxta eundem Gregorium non debet
aliquis verba considerare &c.* A. Hæc po-
strema verè Gregorio adscribuntur, ut apud
Gratianum invenies. C. Quænam alia loca
sunt Gregorio aut Augustino falsò adscripta.
A. Rectè à Demochare conscripta invenies,
ut caussa vii. cap. quadragesimo primo, *In
apibus.* quod Gregorio inscribatur. Sic
Augustino cap. vi. *distin. ix. u* & *dist.*
quingentesima cap. xix. x 7 In Ilerda &
Ilerdensi concilio duplex error esse solet. Sæ-
pe enim in Hillerdam & Hyllerdam atque
Hillerdense & Hyllerdense mutantur. Semel
rectè *Ilerdam* editum est à Demochare cau-
sa prima cap. cxvii. in inscriptione: *7 Item
universis Episcopis per Ilerdam provinciam
constitutis. Quibusdam narrantib. &c.* Pro
voce *Ilerdam* in margine posita est vox mi-
nus cognita *Helledam*. Sed mutanda est in
Helladem, quæ Græciam significat. Fons
ejus capitis est, Demochare teste, Grego-
rius lib. iv. epist. lvi. cap. o. sive postre-
mo. C. Non video ex hoc fonte probari posse
scribendum esse Ilerdam & Ilerdense Conci-
lium. A. Mihi satis est *Helladem* probare.
De Ilerdæ scriptura B. noster tibi nummis
veteribus & titulis monumentorum & car-

minibus veterum Poëtarum satisfaciet. ⁸
 Hylerdense Concilium pro Triburiensi re-
 fert Gratianus distin. quinquagesima quinta
 cap. x. z & Burchardus a & Ivo. b Vide
 cap. xxxiii. Triburiensis Concilij. ⁹ Pro
 Justiniano Jovianus scribatur oportet cap.
 vi. de pœnitentia. c Ejus enim refertur con-
 stitutio, cujus initium est: *Si quis non dicam*
rapere &c. d Quæ cum in Codice Theodosij
 legatur, e certum est Justiniani non esse.
 Sunt etiam alia hujus rei testimonia. f Eadem
 constitutio relata est caussa xxxvi. g cum eo-
 dem errore. ¹⁰ Nunc tibi C. poculo Circeo
 aut virga opus est ut Vincentium in Juen-
 cum mutes. C. Priùs mihi caussa à te di-
 cenda est cur hic gentilis meus alienam perfo-
 nam induerit. A. Distinct. xv. h in veteri
 librorum censura Gelasiana post Sedulij lau-
 des legimus: *Item. Vincentij nihilominus la-
 boriosum opus non spernimus, sed imitamur.*
 Juvenci scribendum est ex conciliis. B. Id
 quidem probo. Sed in verbo *imitamur* men-
 dum est. An Gelasius carminibus cum syno-
 do est usus? D. Rectè admones. *Miramur*
 scribendum est. Bene utrumque Burchardus,
 i malè Ivo in panormia, rectè idem in de-
 cretis, k & liber Cæsaraugustanus, l &, ut
 suspicor, Episcopus Segobiensis. ¹¹ Quod
 dicam, non ita certum est. Idem Juvenci no-
 men mutatum invenio caussa prima quæstio-
 ne III. in inscriptione cujusdam capitis Ur-
 bani secundi, quæ sic edita est: *Item Urbanus*
Episcopus servus servorum Dei dilecto

z Dist. 55. c.
 10. Si quis.
 a Burch. libro
 2. c. 15.
 b Ivo li. 3. tit.
 5. c. 1. panor.
 & par. 6. c.
 14. decr.
 c De pœnit. d.
 1. c. 6. Si quis.
 d C. de Epif.
 & de. l. 5.
 e Cod. Theod.
 lib. 9. tit. 25.
 const. 2.
 f Vide hist.
 triper. lib. 7.
 c. 4.
 g 36. q. 2. c. 3.

h Dist. 15. c. 5.
 Sancta p. Item
 venerabilis.

i Burch. libro
 3. c. 220.
 k Ivo li. 2. tit.
 11. c. 3. Panoy.
 & par. 4. c.
 69. decr.
 l Cæsar. lib. 2.
 c. 6.
 1. q. 3. c. 8.
 Salvator.



filio Prapósito Ecclesie sancti Vincentij salutem & apostolicam benedictionem. Salvator prädicit &c. Exemplum hujus epistolæ inveni in quo erat L. post vocem *filio*, quod Laurentium fortasse significat; & pro sancti Vincentij erat *sancti Iuveni Ticinensis*. Eiusdem epistolæ partem inveni apud Anselmum libro tertio extremo, in libro Romano. Poterit B. noster ex Italia nos certiores facere num sit aliquis sanctus Iuencus vel Iuenticus Ticinensis, cujus hæc sint. Interea hæc in variis lectionibus conscribantur. Miror autem cur post hanc inscriptionem edi Demochares passus sit hæc verba: *Quare in Evangelio prohibetur investitura Ecclesie à laicis fieri?* B. Hòcne, obsecro te, editum est? A. Inspice. Quid tibi videtur? B. Nunquam hoc Demochares edidit. Deleri oportet duas illas voces, *in Evangelio*. A. Immo tota clausula. In eodem capite hæc leguntur: *Sed beatus antecessor noster Paschasius libro de consecratione affirmavit &c.* Errare aliquos scio in hoc nomine Paschalis, & pro eo Paschasium substituunt. Liber de consecratione Paschalis Papæ nullus exstat. Sed vox *libro* auferenda est. Sic enim in exemplo hujus epistolæ est: *Sed beatus antecessor noster Paschalis de consecratione affirmavit quòd quisquis eorum alterum vendiderit &c.* Hæc Paschalis primi sententia posita est à Gratiano cap. VII. eiusdem quæstionis ex epistola ad Mediolanenses, *m* ut ex veteribus libris cognovi. Quod caput etiam referunt Ivon &

in 1. q. 3. c. 7.
Si quis.
in Ivo li. 3. tit.

Anselmus o & Deus dedit p & liber Cæsaraugustanus. q¹² In alia inscriptione posita cap. quinquagesimo sexto de consecratione scriptum est: *Item Macarius Papa. Nullus Episcopus &c. r* Quis unquam audivit Macarium Papam fuisse? Pro Macario Zacharias scribendus est, qui in synodo Romana non edita cap. XIII. & XIV. illis verbis utitur. Videndus Burchardus f & Ivo t & liber Cæsaraugustanus, u qui hæc Zachariæ adscribunt. ¹³ Illud leve videatur quod mendosum est caussa XVI: x *Prima actione Theodulphi Malechitana Ecclesie antistitis &c.* Scribendum *Malacitane*, ex Concilio Hispanensi secundo cap. I. Et postea *Agabrensis*, non *Egabienfis*. ¹⁴ *Masonem pro Massanum* scribo distin. quinquagesima cap. XXIX. in inscriptione: y *Item Isidorus ad Massanum Episcopum. Domino sancto meritisque beato fratri Massano Episcopo Isidorus Episcopus salutem.* Scribo *Masoni pro Massano.* Rectè apud Gratianum caussa XXXIII. editum est: z *De his ita scribit Isidorus ad Masonem Episcopum.* Exstat eadem epistula ante libros sententiarum sive de summo bono. Refert Rabanus in libro pœnitentium cap. I. Burchardus, a & Ivo, b & Anselmus, c & liber Cæsaraugust. d & Tarraconensis. e ¹⁵ Sed quid vos inter vos? B. Quærit C. à me cur meliùs sit *Masonem* quam *Massanum* scribere. Ego illi postea me dicturum respondi. A. Quid autem dicturus eras? B. Quæ tu de Masonibus in Papiria familia scripsisti. Unde

C iiij

9. c. 7. panor.
 & par. 2. c. 84
 decr.
 o *Anf. lib. 7.*
 c. 190.
 p *Deus ded.*
 cap. 2.
 q *Cæsar. lib.*
 4. c. 43.
 r *De conf. d. 1.*
 c. 56. *Nullus.*
 f *Burc. l. 3. c.*
 230. & 231.
 t *Ivo par. 3. c.*
 27. & 272.
 decr.
 u *Cæs. libro 4.*
 c. 48.
 x 16. q. 3. c. 13.
 Prima,

y *Dist. 50. c.*
 28. *Domino.*
 z 33 q. 2. c. 11.
 Hoc ipsum.
 a *Burc. lib. 19*
 c. 43. & 73.
 b *Ivo l. 3. tit.*
 11. c. 17. *panor.*
 & par. 6.
 c. 397. & 398.
 & par. 15. c.
 86. & 95.
 decr.
 c *Anf. lib. 8.*
 c. 37.
 d *Cæs. lib. 8.*
 c. 69.
 e *Tarrac. lib.*
 3. c. 84. & 85.

Marso ille apud Ciceronem, à te Maso dictus, in tenebris diu jacuerat. quod Petrus Victorius laudat. A. Ego verò jam istorum eram oblitus. Veteres tantum libros sequendos dixissem. Sed cetera persequamur. Quid vos Melchiam esse creditis distinct. xxxii. cap. x? f B. Vocem sine mente, ut βλίττει, five βλίττει. A. Licebitne Melphiam substituere? B. Immo ex assè heredem instituas licet. Incidi enim Romæ aliquando in Urbani secundi synodum apud Melphiam habitam. A. In ea synodo cap. xii. quod Gratianus refert, exstat. Ivo in Panormia Melsiam scribit g minùs mendose. ¹⁶ Gregorij verba sunt apud Gratianum caussa xvi. h *Et temporis qualitas & vicinitas nos locorum inuitat ut Cumanam atque Musitanam unire debeamus Ecclesias.*] Musinatium pro Musitanam habet Anselmus. i *Misenatem* vel *Misenatium* malo, ut habet Joannes Diaconus lib. iiii. cap. xiv. de vita beati Gregorij. Fons est Gregorius lib. ii. epist. seu cap. xxxi. ut refert Demochares. ¹⁷ Idem caussa undecima cap. xliiii. k pro Milevitano Concilio Toletanum tertium cap. xliii. edidit. Sed cum ejusdem capituli fieret mentio quaestione secunda, l vocem *Milevitani* reliquit. ¹⁸ Postremò ex Gregorij epistula m Monothelitas liceat iterum damnare, quos constat à Martino primùm Pontifice in Concilio Romano fuisse damnatos mortuo jam Gregorio. Locus Gregorij sumptus est ex libro ix. epist. sexagesima prima ad Qui-

f Dist. 32. c. 10. Eos qui.

g Ivo li. 3. tit. 8. c. 18. panor. h 16. q. 1. c. 48.

i Anf. lib. 6. c. 102.

k 11. q. 1. c. 23. Inolita.

l 11. q. 2. c. un. m De consecrat. d. 4. c. 44 Ab antiqua.

rinum & ceteros in Hibernia Episcopos, ut
habet Demochares. aliis in *Hiberia* magis
placet. Apud Ivonem *n* & in libro Cæsarau-
gustano *o* vox *Hibernia* non mutatur; *Mo-*
nophysitas pro *Monothelitas* mutatur. quod
probo. *Monophysitas* est in veteri Anselmi li-
bro in additis capitibus. ¹⁹ Claudite jam ri-
vos pueri, fat prata biberunt.

*n Ivo lib. 1.
tit. 2. c. 81. pa-
nor. & par. 1.
c. 153. decr.
o Cæsar. lib.
12. c. 68.*

ADDITIONES.

I D I S T I N C T I O N E 63. Romana editio-
ne caput primum ita inscriptum est: *Vnde*
Hadrianus Papa in 8. synodo Constantinopoli sub ipso
celebrata. Et alterum caput hanc habet inscriptionem.
Item ex octava synodo, aetione prima. Hadrianus Papa
secundus, (quod Nicolaus prædecessor ejus disposuerat)
missos suos, Donatum scilicet Hostiensem Episcopum,
& Stephanum Nepefinum Episcopum &c. Et postea:
Schisma de Ignatij depositione & Photij ordinatione
sedaverunt, Photium anathematizantes &c. In hoc
extremo capite hæc adduntur: *Si hic addatur ver.*
Quisquis. ex capite antecedente; erit integer 22. can-
non 8. synodi. In vulgatis sequebatur vox clerus,
qua in vetustioribus est glossa interlinearis. In extre-
mo capite primo hæc etiam sunt in Notis: *Hic citan-*
tur partes quadam canonis vigesimi secundi octava
synodi sub Hadriano Papa II. habita, & ab Anasta-
sio Bibliothecario Latinitate donata. Et in margine
ejusdem capituli primi: *Ansel. lib. 6. c. 23. & 72.*
Ivo p. 5. c. 122. Pann. l. 3. c. 8. Deus dedit p. 1. Et in
vers. Quisquis: Infra c. proximo. Polyc. l. 2. tit. 1.
Et in margine c. 2. Ansel. l. 6. c. 23. Ivo p. 5. c. 122.
& Pann. lib. 3. c. 8. Deus dedit ubi supra. Et vers.
Consecrationes: Polyc. l. 2. tit. 1.

² Capituli octavi *Inter cetera, 10. q. 3.* in eadem
editione inscriptio est: *Item ex Concilio Toletano*
septimo c. 4. In eodem capite hæc verba sunt: *queri-*
monias etiam parochialium Presbyterorum Gallie. Et

in margine: *Al. parochianorum*. In Notis additur: *In Conciliis impressis & aliquot Gratiani exemplaribus legitur Gallicia: In aliis autem, & emendationibus, atque in codice Conciliorum Lucensi regio habetur Gallicanæ provincie. Nam eo tempore Archiepiscopus Narbonensis & ejus provincia Episcopi ad synodos Toletanas conveniebant, quod ex subscriptionibus Toletani tertij apparet &c.* Ego verò Gallicia retineo. Sequitur enim mentio synodi Bracarenfis.

3 Distinctione 16. cap. 7. *Quoniam*. in Romano libro hæc verba sunt: *Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis Episcopi &c. Gennadij Constantinopolitani Episcopi &c.* Et in margine: *Al. Germani*.

4 Inscriptio capitis ultimi distin. 95. in eodem libro est: *Item ex Concilio Neocæsariensi c. 13. Palea*. Et in Notis est: *Antea citabatur ex Genuensi. Restituta est inscriptio ex ceteris collectoribus. Est autem hæc ferè Dionysij versio. Et in margine hæc sunt. Ans. l. 7. c. 188. Burch. l. 5. c. 44. Ivo p. 2. c. 53.*

5 In eadem editione inscriptio cap. 4. *Audivimus*. 24. q. 1. hæc est: *Vnde Alexander secundus scribit Valeriano Episcopo Martyri. Audivimus quòd Henricus, Ravennas dictus Archiepiscopus &c.* In margine est: *Ivo p. 14. c. 57. Pann. l. c. 133.*

6 De pœnitent. dist. 1. cap. 67. *Si agamus*. in eadem Romana editione ita scriptum est: *Rursum juxta eundem Hieremiam*. Et in margine: *Hierem. 17.* Et in Notis: *Hieremiam*] *Sic est emendatum ex ipsi commentariis beati Hieronymi & uno vetusto exemplari Gratiani. Nam in ceteris est, quemadmodum in vulgatis, juxta eundem Hieronymum promittit prospera si pœnitentiam egerimus. Quòd si negligentia &c.] Capite 68. Quamobrem. par. Alioquin*. hæc verba sunt: *Alioquin & in reverentiam loquitur Deus &c.* Et in margine: est: *Hieremia*) *orig. vera lectio. Hier. 17.* Et in Notis: *Que sequuntur, ut etiam multa alia, emendata & locupletata sunt ex originali, præter verbum reverentiam, (quod esse debet Hieremia) idque ob glossam. 7. Extremum caput questionis primæ causæ 14. them. ult. ita in Romano inscribitur: Item Hieronymus libro primo contra Ier*

winianum : *Quod precipitur &c.* In margine est : *In vulgari erat : Gregorius in epist. ad Iovianum.* Et in scholiis : *Quod precipitur. Hic Grego. innuit differentiam &c.* Inscriptio cap. 15. de verb. signif. est : *Celestinus tertius : In his qua &c.* Et postea : *Item secundum Gregorium quod precipitur &c.* In margine est : *Cap. unico eod. tit. in 2. compilatione.* In casu eadem verba sunt. Et in scholiis : *Quod precipitur. 14. q. 2. Quod precipitur. Bern. mendosè.* Inscriptio cap. 41. cau. 7. quæst. 1. hæc est : *Item Hieronymus ad Rusticum monachum epist. 4. In apibus &c.* In margine est : *Ivo p. 5. c. 356. Caput 6. distin. 9. uno verbo Idem inscribitur. Caput verò quintum Idem (Aug.) ad Hieron. ep. 19. In Notis est : Verba hujus capituli sunt beati Hieronymi ad Lucinium Beticum epist. 28. Sed mutata non est inscriptio ob glossam in vers. Græci. Hieron. in secundo prologo Biblia &c. Sed Augustinus ad primitivam Ecclesiam respicit &c. Magis credendum est Hieronymo quàm Augustino &c. Desidero censuram horum verborum. Caput 19. dist. 2. ita inscriptum est : *Item Hieronymus ad c. 3. Michea : Cùm exaudiero &c.* In casu est : *Probat Aug. in hoc c. &c.**

8 Quod in eadem editione est 1. q. 1. c. 117. *Quibusdam.* hanc habet inscriptionem : *Item universis Episcopis per Elladem provinciam constitutis, eod. lib. 4. epist. 56. seu cap. 100.* Et in margine hæc sunt : *Et eod. l. ep. 51. & 55. & l. 5. ep. 7. Burch. l. 1. c. 21. Ivo p. 5. c. 108.*

9 Capituli. 10. *Si quis in infirmitate.* distin. 55. in eodem libro inscriptio est : *Item ex Concilio Ilerdensi* Et in margine : *Concordat Triburiense c. 33. Burch. l. 2. c. 15. Ivo p. 6. c. 34. Pann. l. 3. cap. 42.*

10 De pœnitentiâ. distin. 1. c. 6. *Si quis non dicam.* in Romana editione ita inscribitur : *Cod. lib. 1. de Episcopis & Cler. Imperator Iovianus.* Et in margine hæc sunt : *Tit. 3. & Cod. Th. l. 9. tit. 25. l. 2. 36. q. 2. Si quis non dicam. Triper. hist. l. 7. c. 4. Poly. l. 4. tit. 35. Capituli tertij 36. q. 2. eadem inscriptio est, nisi quòd Iovianus pro Iovianus editus est. In margine est : *Sup. de pœn. d. 1. Si quis non dicam. 1. in**

Cod. Theod. l. 9. tit. 25. le. 2.

11 In eadem editione cap. 3. *Sancta Romana. par. Item venerabilis. distin. 15. hæc verba sunt: Item Iuveni nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Et in Notis hæc sunt: Antea legebatur: Item Vincentij. Restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Ivone. De quo Iuenco meminit B. Hieronymus in catalogo.*

12 Capitis 8. *Salvator. 1. q. 3. in eodem libro hæc inscriptio est: Item Urbanus II. Episcopus servus servorum Dei dilecto filio L. Prapósito Ecclesiæ sancti Iuventij apud Ticinum salutem & apostolicam benedictionem. Et in margine: Lucio. Ansel. Et: Deus dedit. p. 2. Ans. l. 5. c. 42. Et in Notis: Integram epistolam Urbani II. dilecto filio L. Prapósito Ecclesiæ B. Iuventij apud Ticinum refert Deus dedit in sua collectione. In summa hujus capitis hæc tantum sunt rubrica notata: De eodem. In indice librorum ante Gratiani verba edito hæc sunt: Urbani II. Concilium Placentinum, & fragmentum alterius Concilij, & epistola L. Prapósito sancti Iuventij, ex Vaticana. In eodem capite par. *Sed & beatus.* ita editum est: *Sed & beatus prædecessor noster Paschalis de consecratione affirmat quod quisquis &c.* Et in margine est: *Sup. ea. c. Si quis.* Et in Notis: Antea legebatur. Paschalius libro de consecratione. Restitutus autem est locus ex vetustis codicibus & originali. Citatur enim hic quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papa. Et inscriptio capitis 7. *Si quis objecerit.* hæc est: *Item Paschalis Papa.* Et in Notis hæc sunt: *Auctor verò hujus capitis ac totius illius epistula est Paschalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epistola Paschalis est post decreta Hadriani II. cum decreta Paschalis II. sint post Urbanum II. eo planè ordine quo sibi successerunt. quod etiam in sequenti capite indicatur. Et in margine: Deus dedit p. 2. Magist. l. 4. di. 25. Polyc. l. 7. tit. 6. Ans. l. 13. c. 33. Ivo p. 2. c. 84. Pann. l. 3. c. 123.**

13 De consecrat. distin. 1. in libro Romano cap. 57. *Nullus Episcopus.* hæc inscriptio est: *Item Zacharias Papa in synodo Romana c. 13. & 14. Et in Notis*

hæc sunt: Antea legebatur Macarius. Emendatum est ex aliquot vetustis codicibus & ceteris collectoribus. Et caput ipsum habetur in Concilio manuscripto Zacharia. Et in margine: Polyc. l. 3. tit. 16. Burch. l. 3. c. 230. & 231. Ivo p. 3. c. 271. & 272. Varietas numeri capitum hujus distinctionis pendet à cap. 1. ut antea diximus.

14 In eadem editione 16. q. 3. caput 13. ita inscriptum est: *Item ex Concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus, c. 1. Prima actione Theodulphi Malacitanæ Ecclesiæ antistitis & c. ab Ecclesiis Astigina, Eliberitana, atque Ægabrensis & c.*

15 Distin. 50. cap. 28. in eodem libro hæc inscriptio est: *Item Isidorus ad Massanum Episcopum. Domino sancto meritisque beato fratri Massano Episcopo salutem. Et in margine: Al. Masonem. al. Massenum. orig. Et: Ans. l. 8. c. 37. Poly. l. 4. tit. 39. Ivo p. 6. c. 397. p. 15. c. 57. & 86. Burch. l. 19. c. 43. & 73. Pann. l. 3. c. 149. Rab. pœ. l. 1. c. 1. Et in Notis hæc sunt: Sic habet hoc caput in epistola, quæ nuper unà cum aliis Isidori operibus est impressa Parisiis, & ita inscribitur: Isidori Hispalensis Archiepiscopi epistola ad Massanum Episcopum & c.] Inscriptio cap. 11. Hoc ipsum 33. q. 2. hæc est: *De his ita scribit Isidorus ad Massonem Episcopum in præfatione ad librum de summo bono. Et in margine: Al. Massenum. Et: Raban. l. pœnit. c. 1. Poly. l. 4. tit. 39. Ans. l. 8. c. 37. Ivo p. 6. c. 398. & p. 15. cap. 91.**

16 Inscriptio capituli 10. dist. 32. in Romano libro hæc est: *Item Urbanus II. in synodo apud Melphiam c. 13. Eos qui post subdiaconatum. Et in margine: Pann. l. 3. c. 101. Et in indice librorum ante Gratiani verba: Urbani II. synodus apud Melphiam, ex Vaticana, & à Iacobo Pammelio canonico Brugensi.*

17 Quod exstat 16. q. 1. c. 48. ita editum in Gregoriana editione est: *Vnde Gregorius Papa scribit Benenato Episcopo lib. 2. epist. 31. Et temporis qualitas, & vicinitas nos locorum invitatur ut Cumanam, atque Misenam unire debeamus Ecclesias. Et in Notis: Misenam. Sic emendatum est ex vetusto codice B. Gregorij: quamvis in vulgatis, sicut etiam apud Gra-*

tianum, esset Musitanam.] Et in margine: *Ans. l. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 30.*

18 Capitis 42. *Inolita. II. q. 1.* hæc est in eodem libro inscriptio: *Item ex Concilio Milevitano.* Et in margine: *In Tolet. 3. c. 13.* Et in Notis: *In Concilio Milevitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen citatur etiam ab Innocentio III. in c. Si diligenti. de foro compe. Habetur autem in Toletano 3. c. 13.* Et in eadem causa quæst. 2. c. un. *Quod verò culpa illa suspensione digna sit, ex capitulo illo Milevicani Concilij liquido constat.* Et in margine: *Suprà q. 1. Inolita.* Varietas numeri capitum quæst. 1. oritur ex cap. 10. *Si quis clericus.* quod in libro meo est undecimum. Nam decimum est, *Episcopus non flagitetur.* quod in Romano est pars cap. 9. *Testimonium.*

19 De consecrat. distin. 4. cap. 44. *Ab antiqua* in libro Romano hanc habet inscriptionem: *Item Gregorius Quirino Episcopo & ceteris in Iberia Episcopis, l. 9. ep. 61.* Et in Notis: *Iberia*] *Sic emendatum est ex originali manu scripto Vaticano. Antea erat Hibernia.* Et in margine: *Poly. ibid. (hoc est, l. 3. tit. 10.) Ivo p. 1. 153. Pann. l. 1. c. 88.* Et in eodem capite: *Monothelitas verò & alios &c.* In Notis hæc sunt: *In originali & in Polycarpo & apud Iwonem in textu est, Monophyfitas. De qua hæresi scribit Iohannes Damascenus in libro de duabus Christi voluntatibus & Nicephorus & alij. Sed ob glossam non est mutatum.*

DE ALIIS MENDIS GRATIANI.

Dialogus quintus.

A. Nihil magnum veteres Romani, nisi auspiciatò, inchoare solebant, non solùm in bello, sed in pace, tam publicè quàm privatim. In eo cæci fuerunt; quòd